



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Capvt. LXVIII.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

one, & infirmitate circumdatus, cum hoc luctari posset: Non ipsum vniuersum genus humanum, si in vnum confluat, huic resistere praeualet: At autem ad me iuuenis ille praeclarus: Proius cum illo te luctari opus est. Ingredere igitur cum omni alacritate, & fiducia: Mox enim vt tu illum adorsus fueris, ego adiutor adero, tibi que victoria coronam reponam. Vt ergo ingressus ad certamen sum, luctari que inuicem coepimus, continuo praeclarus ille iudex, nostri certaminis affuit, minique coronam dedit. Atque plebs illa obscura, Aethiopiique multitudo ingens eiulantes euaneuerunt. Pars vero reliqua candidatorum gratias illi, & laudes referebant, qui me iuuerat, ac praeclara victoria donauerat.

## C A P V T. LXVII.

**D**E hoc Abbate Theodosio solitario narrat nobis Abbas Cyriacus eius discipulus, quod XXXV annos egerit in solitudine, tempore post biduum comedens, & iugiter silentium seruans, neque ad aliquem loquens. Caeterum si loqui voluisset, signo potius, quam verbo utebatur. Hoc & ego vidi. Mansi enim in eodem Aeliotarum monasterio annis decem.

1. Vide sancti patris aliam secessionem, longa ieiunia, & iuge silentium.

## C A P V T. LXVIII.

**D**E Abbate Theodosio cum audisset Abramum Dux sanctae Mariae nouae, quod non haberet pallium, quo hyeme vteretur, emit illi Quod postquam senior accepit, quadam die cum obdormiret (dormiebat autem in sella senex) ascenderunt latrones, & exuerunt illum pallio, abeuntesque secum illud tulerunt. Quo facto, nihil omnino locutus est senex.

1. Ecce beati viri paupertatem.